



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Opera bona an sint causa effectua salutis & iustitiæ. tit. 168

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

am, & stipulam: & sunt, qui confitentur fidem, Tit.  
& tamen pessimis peccatis carnis sese maculant, for  
nicatione, inuidia, avaritia, secura &c. Gala. 3. 1. Cor. 6.  
Ephes. Tales non purgabuntur à talibus vitijs, si in  
illis sine pœnitentia mortui fuerint, sed æterno igni  
referuantur. Nam tales regnum Dei non possidebūt.  
Videat ergo quisque, qualis sit sua superædificatio  
super hunc lapidem Christum, &c.

*OPERA BONA AN SINT  
causa effe ætina salutis & iustitiae.*

## TITVLVS CLXVIII.



Rimò, totus carnaliū clamor in ca-  
tholicos est, quia doceant, quod bona  
opera sint effectiù sua dignita-  
te, & virtute propria necessaria, &  
promereri iustitiam, remissionē pec-  
catorum, & vitam æternā, iuxta il-  
lud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.  
Et quasi sic omnia opera, ceremonias, cultus, ac reli-  
giones statuant ad merendam vitam æternam: si re-  
sum est, Christus gratis mortuus est, Gala. 2.

Secundò, ynanimis omnium catholicorum do-  
ctrina est, & ab initio talis fuit sententia de operibus,  
qui tam vilia ea æstimarunt, ut docuerint, quod nihil  
habent, nisi quod eis Deus gratuitò ex gratia donat  
& promittit, id est, ex se & propria dignitate & virtu-  
te nihil habere, nullum meritum: quia etiam omni-  
bus factis, adhuc sumus servi inutiles, vt dicit Christus  
Luc. 17. sunt immunda, & indigent purificatio-  
ne, Actor. 15. Fide purificans corda. Sunt imperfecta,  
quia non ex toto corde, tota anima, ex omnibus vi-  
tibus fiunt: reclamat enim natura, quæ est depravata  
peccato, Matth. 22. Romanor. quinto, in quo omnes

C C c 3 pecca-

peccauimus. Non sunt ergo opera causa effectiū lutiā, id est, quae effectiū promereantur iustitiae & salutem. Nā si hoc homo potuisset, Christus nō fuisse mortuus pro peccatis nostris, Romano.4. & p[ro]p[ter]a non posuisset super illum peccata nostra, Esaias.5. sed quisque pro seipso debuisset satisfacere. Solus ergo Christus est propitiatio pro peccatis totius mundi, 1.Ioan.2. Coloss.1. Complacuit patri omnia sua conciliari.

Tertiō, catholici patres docent, quod omnia opera, sacramenta, cæremoniæ, sunt media, per quæ distribuitur promerita iustitia & salus. Nam Deus ordinavit, ut meritum Christi à nobis apparetur per fidem & sacramenta. Secundō, conseruat etiam à nobis, ne iterum amittatur per fidem & operam. Sic Marc. vltimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. & Marc.1. Pœnitentia & credite Euangeli. Romanor.8. Si secundum carēm vixeritis, morienti. Ideo opera non effectiū promerentur salutem, hoc solum semel fecit opus passionis Christi, Heb.9. Semel introiuit in sancta &c. sed sunt media, quæ apprehendunt, & nobis applicant, & per quæ Deus distribuit meritum Christi.

Sic etiam Christus promisit per talia media, id est, fidem, sacramēta & opera, velle distribuere suam iustitiae & salutis gratiam, nō vt ijs medijs nos iterum effectiū mereamur hoc, quod ipse semel meruit, sed vt hæc apprehēdamus ab illo tali via & medijs. Ideo res non pendet à dignitate operum, sed à sua ordinatione & promissione. Ipse promittit credenti in illum, quod nō pereat, sed habeat vitam aeternā, Ioann.3. qui bona fecerunt, &c. ibi distingue opus & promissionem Christi. Si factum operis attendis, nihil meretur sua dignitate: si promissionem Christi attendis, hæc opera apprehendunt & impetrant pro-

illa, & adhuc ex gratia: effectiva ergo causalitas grā  
ze & salutis totaliter admittit operibus, & transfer  
tur in gratuitam promissionē Christi. Ipse dicit, pro-  
mituit, & illi licet facere de bonis suis quid vult, Mat.  
20.

Quarto dices: Nullum ergo erit præmium pro la-  
bore operum & mediorum, id est, pro fide, sacramen-  
to, oblatione præceptorū? Respondeo: Duo sunt,  
promissum præmium, & promeritū præmium. Pro-  
missum præmium ingens & magnum est in hac & post  
hanc vitam, 1. Cor. 3. & 15. Unusquisque mercedem  
recepit & cæt etiam secundum gradus. At promeri-  
tum præmium, id est, quod opera effectiū & causa-  
liter meruerunt in ijs, quę futuram vitam & salutem  
anima concernunt, nullum est. Ibi de plenitudine  
Christi oportet accipere omnes, Ioan. 1.

Præterea omnia quę nos facimus & facere possu-  
mus, id est, quod credimus, quod oramus, quod præ-  
cepta seruamus, hęc omnia potius preces & oratio-  
nes sunt, vt nobis unicum Christi meritū distribuatur  
egratia, quām vt sint merita, quibus gratiam iusti-  
ficationis & salutis mereamur. Ideo credo in Chri-  
sti, ideo oro, prædicto, gratias ago, ideo opera & præ-  
cepta Dei facio & seruo, qualia sunt preces & media,  
vt mihi Christi beneficium ex gratia distribuatur. Nō  
vt hęc media effectiū illa mereantur: ideo media, &  
non merita sunt. Nobis confusio, Deo gloria debe-  
tur, Daniel. 9. Roman 8. Non sunt condigne passio-  
nes huius temporis &c. Rom. 6. Donum siue gratia  
Dei vita æterna.

Docentur ergo pia opera ad apprehendendam &  
retinendam promeritam Christi gratiam, non vt il-  
lam effectiū propria virtute mereatur: opera nostra  
non sunt Christus, neq; æquipollentia Christo. Ideo  
clara est hęc sententia, Christus solus effectiū sua  
morte meruit nostram iustificationē à peccatis apud  
CCC 4 patrem,

patrem, Rom. 4. & nostram salutem æternam, Hebr. 9. Hæc omnia habet in sua manu, vt distribuat, Me omnia nostra studia & opera ad eum finem suum, ut vel appræhendant, retineant, possideant illam gratiam Christi, non ut secundò effectiù illam merentur, &cet. Sed obijciunt de merito congruë & con digni, id est, Deum obligari ad remunerandum opera nostra, vita æterna & remissione peccatorum &c. Respondeo, obligatio illa non ad opus nostrum, sed ad promissionem Dei refertur, eò quod Deus verax est in promissis, Rom. 3. & impossibile est Deum pelle mentiri, Hebræ. 6, ex quo nunc Deus promittit, id est debitum seu obligatio illa respicit promissionem. Sunt autem duplicita opera bona: quædam præcedunt fidem Christi ut opus obstetricum, Exo. 1. Gentes naturaliter seruantes legem, Romanor. secundo. Pharaoh qui erat flagellum Dei, appræmiatur, Ezech. 39. Nam Deus opera etiam infidelium bona remunere, & mala etiam punit, vt patet de Pharaone Exod. 14. & quoniam talium piorum operum etiam in infidelibus præueniente gratia Dei, quæ sic mouet infideles, vt talia faciat, dicunt theologi, quod hoc sit præmium congruum, vt habeant præmium temporale, quia nullum bonum erit irremuneratum, nequaculum impunitum, siue in bonis, siue in malis, falso temporaliter. Sic Turcæ, Gentes & Iudæi, habent ad vsum suum Solem & pluuiam, Matth. 6. & oculi omnium creaturarum sperat in creatorem: & quoniam Deus illa creauit, congruum est, vt det illis cibum in tempore &c. Opera autem fidelium, quæ ex fide Christi fiunt, & ad gloriam & laudem Dei, Philip. 1. Matt. 5, siue sit obedientia præceptorum, aut fructus spiritualis sancti, id est, fides, spes, charitas, castitas, Galat. 5, illa habent promissionem, Matt. 19. Vos qui reliquis omnia &cet. Ioann. quinto. Qui bona fecerunt &cet. & Matth. 25. Esfuriui, & dedistis mihi manducare &c.

ate &cæt. Venite & possidete. Hac sua promissione Deus se nobis obligatum seu debitorem reddit, quod vult opera nostra & dona sua coronare, ita quod debitu hoc consistat in sola promissione Christi, & non in nostro opere operato. Sic 2. Tim. ylt. cap. inquit: Re posita est mihi corona iustitiae, &c. sed tamē vbiq; est gratia, tam in præmio cōgrui, quoad infideles, quam condigno præmio, quoad fideles. Deus nihil nobis ut debito debet, Luc. 17. Gratia Dei vita eterna, Rom. 6. Sic est differentia inter promissum præmium, & pomeritum præmium. De primo enim loquitur, & non de reliquo.

Præterea Deus se debitorem fecit sua promissio- ne. Promisit enim omne opus bonum remunerare, & omne malum opus punire, siue in bonis & fidelibus, siue in malis & infidelibus. Nam iustus est Dominus & iustitiam diligit, siue in fidei siue in infidei, & iu- dum opus diligit: & quoniam vnicuiq; vult reddere secundum opera sua, Matt. 16. & omnes sistemur ante tribunal Christi, vt quisq; recipiat prout gessit in cor pore suo, 2. Cor. 3. siue bonum, siue malum, quanuis Deus nullius debitor est, quia tamen ex gratia hoc promisit, idè congruū est suę promissiōni, vt remu- neret iustum opus, faltem de genere. At fidelibus in Christum, qui omnia ex fide & charitate faciunt, suę promissiōni congruū est, vt remuneret ex gratia, quia promisit. Sic illa duo verba, congruum & æquum, ad promissiōnem Christi referenda sunt, & nō ad opus, nostrum operatum. Ideò falsò interpretantur sectæ hanc doctrinam &c.

Differentia tamen est inter remunerationem re- rum temporaliū, quæ communia sunt fidelibus & in- fidelibus hic in præsenti vita, & inter æterna bona. Nam felicitas æterna, solum fides respicit. Non au- tem sumus Christiani propter temporalia bona, quæ ex æquo sunt infidelibus cōmunia, sed propter æter-

na bona, quæ Christus promisit suis fidelibus, &c.  
Ideò iubet primùm quærere regnum Dei &c. Mat. 6.

**O P E R A B O N A A N M E.**  
reantur vitam æternam.

TITLV S CLXIX.

**N**OTANDVM primò, quòd de merito  
bonorum operum dicatur in scripturis  
dupliciter. Primò, quòd est meritum sal-  
uificum & propitiatorium, & sic solùm  
est vnum opus in mundo, quod meruit  
totaliter, & causa est salutis æternæ, victima Christi,  
1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis &c. Esa. 53.  
Posuit in eo iniuriam omnium nostrum, idèo ob  
solum vnum salvificum meritum, & huius respectu  
nullum opus hominis meretur vitam æternam. Nam  
si solùm est vnicum meritum Christi, quod meruit sa-  
lutem, ergò nulli alij operi hominis tribui potest, &  
sic opera non merentur vitam æternam.

Secundò, loquitur scriptura de apprehensione me-  
rito, id est, quo homo per idonea media impetrat do-  
nationem pro meritæ salutis per Christum. Et siope  
ra nostra dicuntur mereri largè ex gratia vitam æter-  
nam, non ex dignitate operum, sed ex promissione.  
Deus enim promisit per opera ut per media, distribue-  
re nobis & proprium facere suum meritum. Ideò Christus  
iubet poenitere & credere, Marc. 1. Credere & bap-  
tizari, Marc. ultim. Observare sua præcepta ad ingressum  
regni, Matth. 19. dare pauperibus, Matth. 25. sic  
distributionem vitæ æternæ, quam Christus solus  
meruit, dicuntur opera nostra ex promissionemerci-  
ri, non propria dignitate: sic inquit Matth. 19. Vos  
qui reliquistis omnia, & secuti estis &c. & de illo mo-  
rito apprehensionis & acceptationis loquitur scrip-  
tura, non de stricto merito. Vnus est saluator Christus,  
qui meruit salutem in cruce, & reperit æternam redem-